ad praesentem Conuentum ab Ampl. V.ris excipiantur quatenus rite et debito modo ac ordine omnia perugi et confici deinceps valeant. Authoritati itaque S.ae R.ae M.tis Dni nostri clementi[mi] innixi Consiliariorum loca quae vacare videntur et alias dignitates ac officia ad S. R. M.tis collationem devoluta conferre, antequam quicquam aggrediamur, nobis est animus, ac ut hac in parte nobis consilio adsint Mag.ci Dni Regentes et Capitanei priores velut ij quibus dignitas & merita singulorum in hac provincia nobilium personarum sint cognita, ab ijs requirimus, ut nobis nomina dent eorum, qui ipsis ob pietatem, amorem in patriam, doctrinam probitatem & dexteritatem idonei videntur, quibus suppleri loca in omnibus muneribus vacantibus, de quibus haud dubie ipsis constat, possint, quatenus ex ijs a nobis delectus fieri valeat atque sic praescripto nobis a R.a M.tte mandato satisfieri per nos queat.

Ad hoc posterius punctum receperunt Mag.ci Dni Regentes satisfacturos se voluntati Dnorum Commissariorum pro die sequenti nimirum 12. Martij.

Fidei Literae Dnorum Commissariorum
Regiorum ad Ordines in Prussia.

Sigismundus 3. Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque nec non Suecorum Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex Mag.cis Gen.sis Nobilibus Spectabilibus ac Famatis Ordinibus Ducatus in Prussia in Conventu generali Commissionis a nobis indictae obeundae causa congregatis Sync: et Fidelo Nobis dilectis gratiam nostram Regiam.
Sync: ac Fidelo Nobis dilecti. Antequam Feudi Ducatus Prussiae possessionem Ill.mo Principi Dno Georgio Wilhelmo Mar,

Principi Brandenburgensi S.R. Imperij Archicamerario & Electori ac in Prussia Duci cognato nostro decerneremus pro more et instituto facientum esse duximus ad Commissionem nostram peragendam Conventum Generalem Sync: et Fidel. Vris per Regentes Prussiae indicere, Commissariosq; nostros eo mittere plenis et sufficientibus cum mandatis, prout equidem mittimus plena potestate instructos, qui Statum praesentem Ducatus inspiciant, querimonias Sync: et Fidel. Vrarum cognoscant, controversias sopiant et omnibus rationibus Ducatus ad pactorum formam provideant et eas constituant. Ijs Sync: et Fidel. Vrae ea, quae à nobis in Commissis habent exponentibus plenam fidem adhibebunt, atq; in omnibus autoritati & ordinationi eorum id quod par erit obsequium praestabunt. Erit id functioni ipsorum consentaneum, nobisq; gratum, jam vero Sync: et Fidel. Vras bene prospereq; valere cupimus. Datae Varsaviae die 31. mensis Januarij Anno 1621 Regnorum nostrorum Poloniae 34. Sueciae 27. anno

Sigismundus Rex.

Der Herrn Landrähte bedencken den modum procedendi anlangendt, vnnd von der Ritterschafft den 11. Martij vbergeben.

Nachdemme ex propositionibus soviel zu vernehmen, daß man de gravaminibus tractiren sollte, alß hielten die Herrn Landrähte dafür, daß man sich bey den Herren Commissarien erkündigte, ob sie von Ihrer Königl: May: eine confirmation vndt decision vber die auffgesetzte puncta des angerburgischen Recesses mitgebracht, dan die